

niam inter ceteros regni nostri incolas et fideles in difficultatibus que nobis patre orbatis multipliciter imminebant vos semper exhibueratis beniuolos et pro vestris viribus nostri honoris fauorabiles zelatores Idcirco cupientes vestre beniuolencie graciose respondere fauore augmentum siue superindictum quod antecessor noster quondam Rex Birgerus vobis imposuerat super tributum vestrum annuum solitum et antiquum ex nunc inperpetuum auctoritate regia vobis remittimus declarantes dictum augmentum siue superindictum a nobis et successoribus nostris nullo iure penitus petj posse Insuper quamuis omnibus regni nostri incolis in quibuscumque suis necessitatibus presidio esse velimus ac sicut regiam concedet maiestatem proteccionis nostre clipeum anteferre vt tamen vos qui maris estis a nobis interieccione seiuncti in quibuscumque necessitatibus vestris eo nos familiarius ac fiducialius requiratis quo speciali super hoc merueritis pollicitacione gaudere, vobis omnibus qui nobis hactenus et regno nostro sincere deuocionis affectum ac debite adhesionis obsequium impendistis quod eciam hec inposterum nobis studueritis conseruare contra omnes qui vobis terreque vestre quicquam machinarentur aduersi vllamve molestiam vobis niterentur inferre promittimus auxilium nostre proteccionis impendere ac eciam manu forti si opus fuerit quaslibet a vobis iniurias propulsare In cuius rei testimonium sigillum nostrum regium presentibus est appensum datum Anno domini MCCCXX in crastino beati bartholomej appostoli.

Nedanföre följer denna officiela vidimation: Auscultata est hec copia per me henricum Sledorm publicum apostolica auctoritate Notarium ac scribam venerabilis capituli vpsalensis, et concordat cum originali integro et sigillato de verbo ad verbum quod protestor manu propria.

2256.

1320 d. 25 Aug.

Konung MAGNUS befullmäktigar Kaniken Ödwin i Upsala och Sigmund Keldorsson, att upp-
bära och qvittera Gottlänningarnas vanliga och årliga skatt samt andra penningssummor, hvilka
de kunna komma att för Konungens räkning inkassera.

Samtidig afskrift på perg. i Kongl. Bibl.*)

MAGNUS dei gracia rex swecie et norwegie. dilectis et fidelibus suis, senioribus et communitati terre gotlandie, in domino gratiam et salutem. No-

på Kong. Bibl. Tom. I (*Introductio*), samt i H. SPEGELS *Rudera Gothl.* förekomma äfven afskrifter, hvilka synas vara tagna efter J. 3. SPEGELS afskrift har likväl 2:ne betydligare avvikelser: "fidelius" i st. f. "fiducialius" och "molirentur" i st. f. "machinarentur."

*) Detta och de 3 nästföljande dokumenterne äro af samtidig hand skrifna, de tre första på ena sidan och det fjerde på andra sidan af ett litet pergamentsblad, i hvars nedra kant är en

ueritis quod nos discretos viros, fideles nostros, dominum ødinum canonicum vpsalensem et sighmundum keldorson exhibitores presencium procuratores constituimus, ac nostros nuncios speciales ad petendum et leuandum hac vice tributum quod nobis soluere tenemini annuatim. committentes eis per has nostras patentes litteras, potestatem plenariam, dandi vobis litteras quitatorias tam super summa tributi prefati, quam super quibuscumque alijs pecuniarum summis, quas ipsos nostro nomine a vobis recipere contigerit seu leuare. In cuius rei testimonium sigillum nostrum regium nouum presentibus est appensum. Datum anno domini .M.°CCC.°XX.° in crastino beati bartholomei apostoli.

2257.

1320 d. 25 Aug.*)

Konung MAGNUS underrättar Efflerus, Præfectus på Wiborgs slott, att Konungens Fogde öfver Finland, Lyder af Kyren, samt Peter Jonsson och Ernelius Kettilbiörnsson fått Konungens uppdrag att med honom underhandla.

Samtidig afskrift på perg. i Kongl. Bibl.

MAGNUS dei gracia rex suecie et norwegie discreto viro. Efflero prefecto castri wiborgh salutem in domino. Mittimus ad te nobiles viros, fideles nostros, dominum lydarum de kyren, aduocatum nostrum finllandie, petrum jonsson, et Ernelium ketilbernason presencium exhibitores, uolentes, ut hijs que tibi ex parte nostra retulerint, fidem adhibeas creditiuam. Sciturus quod quidquid ipsi nostro nomine ista vice tecum placitauerint ac terminauerint, perpetuis temporibus ratum habere volumus atque gratum. In cuius rei, et [o: etc.] datum in crastino beati bartholomei.

utklippt remsa, hvarpå sitter ett fragment af ett adligt sigill. Detta har vid öfra kanten af skölden en tvärbjelke och en annan på lika afstånd från den förra och från sköldens spets; i kanten synas bokstäfverna VR, och det hela liknar fullkomligt ett Erik Thurissons sigill, som förekommer på 2:ne Konung Magni bref af d 23 Jan. 1321. Någon annan slags videration finnes icke. Det toma rummet nedanför sista brefvet på bladets baksida är öfverkorsadt med många strekar, på det icke något skulle kunna senare tilläggas. Brefven äro skrifna i följande ordning: N:o 2256, 2258, 2257 och 2259.

*) Årtalet finnes icke utsatt på detta och de två följande dokumenterna rörande underhandlingen om Wiborgs återbringande under Svenskt välde. Att de tillhöra samma år som den föregående, på samma pergamentsblad skrifna, fullmakten för de Gottländska uppbördsmännen, är tydligt af orden "ut supra," "quo supra" i N:o 2258, hvilka ord uppenbart hänvisa till bekräftelse- och daterings-formeln i nämnde, näst framför afskrifna, dokument, med undantag af sjelfva dagen ("feria III:a post bartholomei," i st. för "in crastino beati bartholomei"). N:o 2257, der likaledes slutformeln är utelemnad, öfverensstämmer äfven till dagen med N:o 2256.